Illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro Maiori Minorennitate Successorum legatione Intra vel extra Regnum Servitio militari ad monumenta ad Evictorem vel alijs quibuscumque dilationibus et legalibus impedimentis Non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos officij praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Terminos dilationem sibi Non recipiendo, Nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones favendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel Triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalijs Juris praesertim terrestri bello conventionesque, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis Non subterfugiendo, Nec Modo alio quovis evadendo hac sua praesentia personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

5/II

Skolskich Congum Mutua Adiutalit.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Gnosi Paulus Petrus Skolski, olim Generosi Joannis Skolski cum olim Gnosa Anna Kraselnicka Consorte eius legitima procreatus filius ab una et Anna Bieniecka Gnosi Andreae Bieniecki cum olim Gnosa Regina Bagnerowna Consorte eius legitima procreata filia supra scripti Vero Gnosi Pauli Petri Skolski Consortis ultima parte ab altera Coniunges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis

quibuscumque

quibusvis propriis et Competentibus recedentibus Praesenti Vero Castrensi
Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad actum hunc assi
net se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus tota
liter incorporando atque subjuvando palam libere publice
ac per expressam recognoverunt et quilibet illorum seorsim
suo pro Interesse recognovit. Quia Ipsi et quidem Consors cum
suprascripti Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis personali assi
stentia et Ultroneo ad infrascriptam recognoscentem Consensu sibi
mutuo et invicem Una Pars alteri omnium generaliter bonorum
suorum haereditariorum et obligatariorum Mobilium et immobilium
summarumque quarumvis pecuniariarum, nec Non auri argenti
clenodiorum, Stanni aeris Cupri Orichalci, Unionum Mar
garetharum, vestium vestimentorum, Equorum Equiceae
pecorum pecudum, ac totius suppellectilis domesticae in
quacunque forma et Materia existentibus nunc habitae et in post
habendae mutuam adiutalitatem et Usumfructum ad extre
ma duntaxat Vitae suae tempora tantum modo et non Ultra
dederunt concesserunt, inscripserunt et assignaverunt, prout
dant, concedunt inscribunt et assignat praesentibus, tali videlicet
modo, quod si prius praefatum Generosum Paulum Petrum
Skolski Maritum, quam Generosam Annam Bieniecka Con
sortem suam de hac luce decedere contigerit extunc praefata
Generosa Conviux bona suprascriptam generaliter ac res supra
scriptas Morte praefati Mariti sui derelictam, Cum omni eo
rundem Jure dominio proprietate competentiaque et prae
rogativa quavis, omnibus et singulis eorundem Utilitatibus
et Usufructibus tenebit habebit et possidebit, illisque quie
te et pacifice Usufructu ad extrema duntaxat Vitae suae
tempora post Mortem vero, et de hac luce decessum

praefati

310 praefatae Gnosae Annae Bieniecka Consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes Inscriptionem praesentem subiectae Morte praedicti Mariti sui derelictae ad successores praenominati Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione successorum eiusdem Consortis suae totaliter et plenarie redibunt et devolvent. Similiter quoque si prius praefatae Nobilem Annam Bieniecka Consortem suam, quam maritum ipsi mori contingerit. Extunc Is Idem Maritus suus bona supra scriptam omnia et res supramemoratae Morte Consortis suae derelictae cum omni eorundem bonorum Iure, dominio, proprietate, omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus commodis emolumentis attinentibus et pertinentibus generaliter universis tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice utifuerit ad extrema subiect vitae suae tempora post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem Mariti sui extunc bona supra scriptam omnia, resque memoratae Morte praenominatae Consortis suae derelictae, Inscriptionem praesentem ad vitalitium subiectae ad successores praefatae Consortis suae sine quavis contradictione et impedimento successorum memorati Mariti sui totaliter et plenarie devolvi debebunt et tenebuntur his suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Popiel Conti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensis Ca-
503 pitanus Premisliensis Nobilis Paulus Popiel, olim Nobilis Ioannis Popiel Czarnekowicz # sanus mente et corpore existens a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentibus vero Castrensis Capitanus Premisliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie

filius